



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 48. Justinianus Africam recuperat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. A.C. 535. *nere, & Missam non celebret, sed Visitator ipsius munere fungatur.* Hæc Epistola

*Ep. 6.*

la decimo quinto Cal. Aug. post Consulatum Paulini junioris, id est, decima octava Julii anno 535. data est. Alia Epistola eadem die data Agapitus Papa S. Cæsario licentiam concedere renuit Fundos Ecclesiæ alienandi ad alendos pauperes, quia, inquit, *adversus Canones agere non audemus, quæcunque nascatur occasio, aut cujuscunque etiam Personæ utilitas id exposcere videatur.*

§. XLVIII.

*Justinianus Africam recuperat.*

**I**nter hæc Summus Pontifex acceptis Epistolis Synodicis Episcoporum Africæ ipsorum Ecclesias Libertati redditas, & a jugo Vandalorum vindicatas, comperit. Cum jam anno 531. Rex Vandalorum Hildericus a Gilimero, cui post eum corona destinabatur, solio dejectus fuisset, Justinianus, hujus facinoris vindicta in se suscepta, foedera inita inter Zenonem Imperatorem & Regem Genfericum fregit. Itaque anno Regni sui septimo, cum tertio Consul esset, nempe 533. quingentarum navium Classem Belisario Præfecto in Africam misit. Antequam Belisarius mari se committeret, Imperator Prætoriam ad littus & Cæsareum Palatium, quam proxime poterat, advehi jussit

*Lib. I. ff. de Confir. digest.*

*Procop. I. Vand. c. 12.*

jussit, atque Epiphanius Patriarcha con- Sæculum VI.  
 gruis precibus navigio benedixit, im- A. C. 535.  
 sito uno milite neo-baptizato. Vix fue-  
 re, qui Africam defenderent; igitur Ro-  
 manorum exercitus in Vigilia Festi S. Cy-  
 priani, id est, 13. Sept. mœnibus Civita- ibid. c. 21.  
 tis Carthaginensis admotus est. Extra  
 urbem in littore maris Ecclesia erat S. Cy-  
 priani honori dedicata, quam Arianæ Fe-  
 stum celebraturi exornaverant. Purga-  
 verant pavementum, lucernas suspende-  
 rant, atque omnia ornamenta, quæ in  
 Thesauro servabantur, expromserant.  
 Verum cum eadem die aliquot Vandalo-  
 rum turmæ, hæud procul inde castra me-  
 tata, a Romanis fuissent profigatæ, au-  
 fugientibus Arianorum Presbyteris Ca-  
 tholici Ecclesiam S. Cypriani ingressi lu-  
 cernas accendunt, & Festum solemniter  
 celebrant. Gilimero capto Vandalorum  
 in Africa Regnum post annos centum &  
 septem, ex quo eam occupaverant, Ju-  
 stiniano quarto Consule, Indictione duo- Sup. XXIV.  
 decima, nempe anno 534. extinctum est. S. 51.

Belisarius Constantinopoli triumphavit. Inter spolia opima, quæ in hoc Tri-  
 umpho circumferebantur, nihil magis vi- L. II. Vand.  
 su dignum fuit, quam Vasa Sacra Jeroso- c. 9.  
 lymitana ab Imperatore Tito olim Ro- Africa sub-  
 mam allata & a Genserico expilata urbe acta.  
 Carthaginem translata. Quidam Judæus Sup. l. II.  
 inspectis his Vasis ad aliquem Procerum S. 40.  
 dixit: Sup. lib.  
XXVIII.  
S. 55.

Sæculum VI. A.C. 535. dixit: *non licet hæc vasa in Palatium Constantinopolitanum inferre, quia illa in eo solum loco esse oportet, in quo posuit ea Salomon. Ut hoc crimen puniret Cælum, Imperii Caput Roma olim a Gensericō direpta, & nunc a Romanis Regia Vandalorum Sedes capta. (\*)* Cum hæc dicta ad Imperatorem fuissent relata, timore correptus mox omnia illa Vasa ad Ecclesias Jerosolymitanas transferri iussit.

Africa subacta Justinianus Reipublicæ formam, & Magistratus, restituit. Tunc Africa in septem Provincias divisa; nimirum Zeugitanam, quæ prius Proconsularis dicebatur, Carthaginensem, Byzacenam, Tripolitanam. Has quatuor Viri Consulares regebant. Tres alia

L. I. Cod. de  
Præf. Præt.  
Afr.

(\*) Speciosa satis hic Judæus afferebat argumenta. Nempe ejusmodi argutiis obstinata hæc Natio suæ Perfidia velamen obtendit. R. P. Boucherius Ord. Min. in suo Fasciculo Sacro seu Itinere in Terram Sanctam Colloquium refert, quod vir Catholicus & Judæus miscuere. Quærebat ex Judæo Catholicus, quam ob causam Deus Populum suum in Veteri Testamento toties dura captivitate premi permisisset? respondit Judæus, hæc pœna Deum Patrum suorum Idololatriam castigasse. Rursus Catholicus; quænam Captivitas ceteris omnibus fuisset longior. Respondit Judæus, fuisse illam septuaginta annorum, nimirum Babylonicam. Instat Catholicus: cur

vero

aliæ erant Numidia, Mauritania & Sardinia, in quas Præsides missi. Omnes autem Præfecto Prætorio Africæ, qui Carthagine Sedem habebat, parere jussi erant. Justinianus multas urbes restauravit, multa ædificia & Ecclesias magnæ molis eduxit. In una Urbe Leptiensi quinque Ecclesias, & cæteris spectabiliorum S. Virgini dedicatam extruxit. Item aliam eidem Virgini in urbe Septa prope fretum, quæ hodie Ceuta dicitur, ædificavit. Rursusque aliam Carthagine, & in eadem urbe Monasterium, quod a suo Nomine Justinianeum appellari voluit.

Sæculum VI.  
A. C. 535.

Proc. ædif.  
Lib. VI.

## §. XLIX.

vero postquam Titus Jerosolymam cepit, Captivitas hæc ultima & Gentis vestræ calamitas jam annos mille & septingentos durat? Reponit Judæus, Gentis suæ avaritiam & inter Fratres Discordiam illa Peccata esse, quæ Deus tam diuturna Captivitate puniret. Ad hæc Catholicus: Quis credat, hodie avaritiam vestram & Discordiam graviora peccata esse, & majore pæna digna, quam olim Patrum vestrorum Idololatriam, quod est peccatorum omnium maximum? imo Deus effusum Filii sui Sanguinem vindicat, & Judæorum rabiem, clamantium: Sanguis ejus sit super nos, & super filios nostros! Matth. 27. 25. Non habuit Judæus, quod reponeret.

Hist. Eccles. Tom. VII.

M m